



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

iv. De secunda specie Bigamiae, qu[a]e est secundum iuris fictionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

gularitas. In hac re duae sunt *DD.* sententiae.

Prima est *S. Hieron.* in Tit. 1. & 1. Timot. 3. & Epist. 83. ad Oceanum, vt defendat Carcerium Episcopum Hisp. qui duas vxores habuerat, excusat primo, quia nō habuit duas simul; Secundo, quia Apostolus nomine vxoris inteligit Ecclesiam, vt sit praepositus vni tantum Ecclesiae; Tertio, non esse bigamum, qui alteram duxit ante baptismum, per quem factus est nouus homo ex veteri, & refertur in *cap. potret.* 28. q. 3. quod desumitur ex eodem *S. Hieron.* cap. potret. 28. q. 3. quod desumitur ex eodem *S. Hieron.* in 1. Timoth. 3. dicitur [Oportet Episcopum vnius vxoris esse virum, verum hoc post baptismum. Ceterum, si ante baptismum habuit vnam, & post baptismum habuerit alteram, non est reputandus bigamus: cui prorsus innouato per baptismum omnia vetera sunt dimissa,] & fauere videtur *cap. i. dist. 33.* ex Canonibus Apostolorum, *can. 17. Gloss. ord. in 1. Timoth. 3. Ioan. Maior. 4. dist. 27. quest. 6. ver. dubitatur. Tac. Almair. 4. d. 2. j. q. 1. & Henricus 2. Gandauo ab eodem citatus, & Lindanus in 1. Timoth. 3.*

Secunda, & verior opinio est afferentium irregularem esse qui ante baptismum duas vxores simul, aut successiue duxerit, immo si vnam ante baptismum habuerit, & postea aliam post baptismum duxerit, nec eam tolli per baptismum ita *S. Augustinus lib. de bono coniug. cap. 18. & Innocentius epist. 22. cap. 2. relati a Gratiano in ca. acutus, & cap. Deinde, & S. Ambrosius lib. 1. de offic. cap. vlt. & refertur ab eodem Gratiano in cap. vna, dist. 26. & in cap. acutus, §. q. 3. Canonice communiter in *c. Gaudemus, de divorcijs. S. Thom. in addit. 3. par. q. 66. art. 4. Palud. 4. dist. 27. q. 4. art. 5. Conclus. 1. Rich. ead. dist. art. 4. q. 2. Ioan. Barchin. 4. dist. 25. q. 3. art. 3. Gabr. 4. dist. 27. q. 3. art. 3. dub. 4. Summa Pisanelle in verbo, Bigamia, Angelica verbo eod. m. 6. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quest. 11. Marc. Anton. Catechus lib. 1. Inquit, Iuris Canon. tit. 5. Syluest. verbo eod. num. §. q. 4. Tabiena, verbo eod. num. §. §. Sexto, Sotus, 4. dist. 27. q. 3. artic. 2. Martin. Lede sm. 4. q. 68. articulo 4. S. Anton. 3. par. tit. 19. de Irreg. capitulo 3. Couar. in Clem. Si fario sus, parte 1. §. 2. numero 5. de homicid. Ioan. Arboresus libro 2. Theosophiae, capitulo 16. Claudius Spencæus libro 2. de continentia, capitulo 2. Simon Maior. libro 1. de Irreg. capitulo 3. numero 3. Henriquez lib. 2. de Matrim. capitulo 6. §. 9. Speculum coniug. parte 1. articulo 50. Alphonsus Vinaldus tract. de Irreg. numero 29. Summa Corona, tit. eod. numero 6. Cosinus Philiarthus de officio Sacerdot. parte 1. libro 4. capitulo 7. Gregorius de Valentia, tomo 4. Disput. 7. quaestione 19. Puncto 3. Ioseph. Angles in Floribus 4. Senten. parte 1. in quaestione de essentialib. Maior. articulo vlt. & Sebast. Medices, parte 2. titulo 9. quaestione 17. Toletus lib. 1. capitulo 19. Ratio est, quia baptismus soluit culpas, non soluit coniugia, vnde cum ex ipso coniugio sequatur irregularitas, per baptismum non tollitur. Item, quia hic non agitur de delicto, sed de defectu Sacramenti Matrimonij in significando, semper enim verum est, talem diuisisse carnem suam in plures. Ioseph. Angles hanc rationem non ineptam assignat: quia etiam Matrimonium infidelium non sit Sacramentum conferens vniōnem inter Christum & Ecclesiam, & ex consequenti habent bigami defectum significandi hanc vniōnem; & ita post conversionem remanent irregulares. Item, sicut femina ante baptismum si sit corrupta, & post baptismum consecrari velit inter virgines, id fieri nō posset, capitulo acutus distinctione 26. & capitulo acutus, 28. quaestione 3. S. Thomas Gabr. Tabiena, & alij cit. & hoc quia est corrupta: sic etiam qui ante baptismum duas duxit vxores, vel corruptam, bigamus, & irregularis est.**

27. Ne valent quae pro contraria opinione afferuntur: quāuis enim lex Pontificia infideles non obliget, quamdiu fideles sunt, si tamen ad fidem veniant, & ordines suscipere velint, non admittuntur, si habuerint impedimenta, & late Canonice imposita. Et quamuis per baptismum tol-

lantur omnia crimina quod culpa, & Dei offensam, quia tamen non tollit coniugia, neque bigamiam ex coniugio contractam tollit cum baptismus institutus sit ad tollendum peccatum, non autem ad tollendam irregularitatem; immo nec tollit culpas quoad forum exterius, aut punitio nem iudiciale, ex Couar. vbi supra, & libro secundo, var. resol. capitulo 10. numero 4. Neque etiam tollit defectus matrimonij conjugalis, quos antea infidelis patiebatur: Vnde, nec istum defectum significationis tollit, per baptismum enim nec carnis diuisionem, nec virginitatem recuperat. Adde, quod cū prerogatiua sit Sacerdotij, quod ad illud vniū vxoris iuri assumantur, infideles bigami carnem suam in plures diuidendo, se prerogatiua hae priuauerunt.

27. Quod vero dicitur, quod non sit irregularis qui ante baptismum iuste, vel iniuste occiderit; Respondetur leges Ecclesiasticas imponentes irregularitatem ijs, qui hominem occidunt, de illis solum loqui, qui occidunt post baptismum acceptum, vt cap. si quis viduam, distinct. 50. & cap. aliquando, & cap. si quis post baptismum, dist. 51. Ratio differentiae esse potest: quia Irregularitas ex homicidio proniens solum oritur ex illo horrore, quo afficitur is, qui iniuste, vel iuste alium occiderit, qui horrore cum per baptismum sublatus, sit, consequenter, & irregularitas ratione homicidij contingens, per baptismum tollitur, ex Patorm. in cap. Gaudemus, de dinort. Innoc. in cap. presbyterum, de homicid. Paluda. 4. d. 4. quest. 1. Scot. 4. dist. 33. q. secunda, §. de secundo Ioan. Maior. 4. dist. 27. quest. 6. Almair. 4. d. 25. quest. prima, & dist. 33. quest. 2. Hollens. in Summa, titulo de homicid. §. qua pena. Syluest. verbo, Irregularitas, q. 28. Couar. in Clem. Si furiosus, §. secundo, numero quinto, de homicid. Ioseph Angles vbi supra in fine. Richar. 4. d. 27. art. 4. q. 2. in fine, & est communis opinio fere *DD.*

De Secunda specie Bigamiae, quae est secundum iuris fictionem.

Cap. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Bigamia secundum iuris fictionem quidam sit.
- 2 Bigamus est, qui plures simul duxit uxores, unam legitimam, alteram de facto, easque cognouit.
- 3 Bigamus est, qui duas consanguineas, aut affines duxerit si eas cognouit.
- 4 Bigamus est, qui duas duxit uxores successiue, & eas cognouit.
- 5 Bigamus an sit, qui matrimonium cum multis inualid contractat, & eas cognoscit.
- 6 Matrimonium nullum in duobus casibus bigamiam de iure causat, & quoniam illi sint.
- 7 Matrimonium nullum, secuta copula, in utroque irregularitatem causat.
- 8 Matrimonium de facto contractum quoad contrahendam irregularitatem, sicut contractus de iure ponderatur.
- 9 Bigamus est, qui viduam ab illo corruptam per matrimonium consummatum cum illo duxit, & eam cognoscit.
- 10 Bigamus est, qui repudiatam iuste, vel iniuste duxit, si eam cognoscit.
- 11 Bigamus est, qui aliquam ab alio quam a se corruptam, etiam per simplicem fornicationem, duxit, siue scienter, siue inscienter, dummodo eam cognoscit.
- 12 Bigamus cur sit, qui vxorē ab alio prius cognitam duxit, non autem si ipsemet plures extra matrimonium cognouit, & virginem ducat.

- 13 *Matrimonium a femina tanquam a termino ad quem, & nomen, & significationem accipit.*
- 14 *Bigamus, & irregularis an sit qui uolucatricem, vel comediarum a seipsum, etiam virginem ducit.*
- 15 *Bigamia cur potius ex matrimonio consummato, quam non consummato contrahatur.*
- 16 *Bigamus non est, qui corruptam duxit, si ea mortua ante carnis copulam postea aliam virginem ducat, & cognoscat.*
- 17 *Bigamus non est, qui feminam, quam ipse prius per fornicationem violauit, in uxorem ducit, & quæ huius sit ratio.*
- 18 *Bigamus est, qui virginem duxit, si illam post adulterium ab ea commissum scienter cognoscit.*
- 19 *Bigamus est, qui uxoris adulterium ignorans eam post adulterium cognoscit.*
- 20 *Bigamus an sit, qui pendente accusatione de adulterio uxoris ad mandatum iudicis debitum uxori corruptæ reddidit.*
- 21 *Consecrari cur possit in Episcopum, qui post uxorem habuit concubinam, non autem consecrari inter virgines valet, quæ corrupta fuit.*
- 22 *Bigamus, & irregularis est, qui post votum solemnè castitatis matrimonium de facto cum virgine contrahit, & eam cognoscit.*
- 23 *Bigamia ut contrahatur, necessaria est consummatio Matrimonij.*
- 24 *Bigamus & irregularis non est, qui liber ab omni voto, matrimonium cum femina solemnè votum castitatis habente contrahit, eamque cognoscit.*

- 1 **A**ltera Specie Bigamiæ est secundum iuris fictionem, quæ est, non quod secundum rei varietatem sint duo matrimonia legitimè contracta, & consummata, sed quia Ius Canonicum statuit, ut tanquam duo matrimonia consummata habeantur, ita ut qui sic contraxerunt, tanquam bigami ab ordinibus arceantur, licet non sint duo matrimonia secundum rei veritatem. Hæc autem bigamia secundum iuris fictionem varios habet modos, ut ex sequentibus constabit.
- 2 *Primus est, Cum quis eodem tempore, & simul plures duxit uxores & eas cognouit, quarum una est legitima, altera tantum de facto, & colligitur cap. Nuper, & c. fina. de bigam. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. num. 4. Summa Corona tit. eod. nu. 6. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. q. 10. uer sic. Tertius.*
- 3 *Secundus est, Dum quis duas uxores de facto duxit siue simul, siue successiue, & neutra de iure, ut cum quis duas consanguineas, vel affines duxit, vel si sit aliquod impedimentum dirimens matrimonium, requiritur tamen, ut utramque cognoscat, ad hoc ut bigamus sit; nunquã enim matrimonium iuris, aut facti causat bigamiam uerã, aut secundum iuris fictionem, nisi fuerit aliquo modo consummatum cap. Debitum, de bigam. Palud. 4. distinctione 27. quæstione quarta, articulo, secundo. §. Primus, Gabr. 4. distinctione 27. quæstione tertia, articulo 1. Notab. 2. §. Bigamia similitudinaria, & est communis DD. sententia, in 4. distinctione 27. & ibi Sotus. quæstione tertia, articulo primo, ante Cõclus. 1. Couar. in Clem. Si furiosus, §. secundo, numero secundo, de homicid. Marc. Anton. Cucchius libro primo, Institut. Iuris Canon. titulo 5. Toletus libro primo, capitulo vigesimo sexto. Vnde si quis legitimo matrimonio acciperet virginem, quam non cognoscit, & ea mortua accipiat secundam, & eam cognoscit, uel contra, non erit bigamus. Item si quis duceret mulierem virginem ab alio ductam, ab eo tamen non cognitam, & ipse eam cognoscat, non erit bigamus: quia non diuisit carnem in plures, nec illa, nec ipse, d. cap. Debitum, de bigam.*
- 4 *Tertius est, Cum quis successiue duas uxores duxit, v.*

nam de iure, & aliam de facto, ut si verbi gratia, viuentis legitima coniuge, cum secunda contraxit, & eam cognouit, argum. d. ca. Nuper, de bigam. Cosmus Philarchus ubi supra, libro quarto, capitulo 7. Gregor. de Valentia c. Puncto 3. Alphons. Viuald. Summa Corona locis proximè allatis. Summa Confess. libro 3. titulo 3. quæst. 10. uer sic. Secundus.

4 *Circa hos tres modos conueniunt omnes DD. in 4. distinctione 25. aut distinctione 27. maxime in prima, & tertio modis, de secundo autem modo nonnulli dubij sunt. Nam Nauarr. in Manuali, capitulo 27. numero 195. circa finem, ait Clericum in minoribus constitutum, vel laicum contrahentem matrimonium inualidè, id est, quod propter aliquod impedimentum est nullum, non effici irregularem, & confil. 1. de bigam. libro primo, per totum, & idem docent Henricus libro secundo, de Sacram. matrim. capitulo 6. §. 9. in fine, & Cosmus Philarchus, de officio Sacerd. parte prima, libro quarto capitulo 7. Gregor. de Valentia tomo 4. Disput. 7. Quæstione 19. Puncto 3. & Sebastianus Medices, parte 2. Summa, titulo 9. quæst. 23. & Naua. ait sic definitum esse in Penitentiaria, & canonizationem: quia non est ponenda bigamia, vel irregularitas nisi ubi est iure expressum, cap. is qui, de sent. excli. 6. Non autem inuenitur quod matrimonium nullum causet bigamiam nisi in duobus casibus;*

5 *Primus est, quando est nullum propter votum solemnè Ordinis, vel Religionis, c. Nuper, & cap. fina. de bigam. & capitulo primo. Qui clerici vel uouentes, & facientes in capitulo Decernimus, distinct. 28. & ca. Quotquot, 27. quæstion. 1.*

6 *Secundus est, quando est nullum propter ligamen, ut in contrahente cum repudiata, capitulo primo, de bigam. Quorum opinio confirmari potest: quia pena sunt testium gendæ, c. odia, de reg. iur. lib. 6. & quia in matrimonio iurto, & nullo, non deest significatio.*

7 *Alij tamen docent ex matrimonio nullo contrahi irregularitatem, secuta copula in utroque matrimonio, & ponunt casum illum secundum, Sic Palud. 4. distinctione 27. quæstione quarta articulo 2. in fine, & articulo tertio, in fine, & articulo quarto, post Cõclus. 5. Rich. 4. distinctione 27. articulo quarto, quæstione 3. Host. in Summa, libro primo, titulo de bigam. non ord. num. tertio, §. Quot sunt species, uer sic. Quarto. Panorm. in cap. Super eo, numero quarto de bigam. Summa Aletensis, parte secunda, libro 6. titulo 7. quæstioncula secunda, uer sic. Tertius casus, Ioan. Bachon. 4. distinctione 25. quæstione 3. articulo 3. S. Ant. 3. par. titulo 29. de irreg. capitulo 3. Dur. 4. distinctione 27. quæstione quarta, numero 7. Gabr. 4. distinctione 27. quæstione 3. articulo 1. Notab. 2. §. Bigamia similitudinaria, & articulo 3. dub. 2. Angelica, uerbo, Bigamia, numero 7. Sima Pisanello, uerbo, Bigamia, in principio. Syuest. uerbo, eod. numero 1. Tabiena, uerbo, Bigamia, numer. secundo, §. primo. Sotus. 4. distin. 27. q. 3. art. 1. Concl. 2. in fine, & in respons. ad secundum Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. articulo 2. in tract. de Irreg. non longe a princip. Coua. in Clem. Si furiosus, §. 2. numero 2. uer sic. secundo, de homicid. ubi ait, non referre ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, quod matrimonium sit iure validum, vel nullum, sed satis esse conjugalem affectum, ut communis, inquit DD. consensus colligit in cap. Nuper, & cap. vlt. de bigam. & 4. distinctione 27. Marc. Anton. Cucchius, libro 1. Institut. Iuris Canon. titulo 5. Gregor. de Valentia, tomo 4. Disput. 7. quæstione 19. Puncto 3. Ioseph. Angles in Pharisæis, 4. Sent. parte prima, in quæstione de essentialibus Matrimonij, articulo ultimo Sebast. Medices parte 2. Summa, titulo 9. quæstione 30. Simon. Maiol. libro primo, de Irregul. capitulo 33. numero 3. & idem satis expresse docet S. Thom. in addit. 3. part. quæstione 66. articulo 1. ad primum, & articulo 5. ad primum, & gloss. in ca. super eo, in uerbo, in bigamis, & in cap. Nuper, in uerbo, iuris effectus, de bigam. immo ipsemet Nauar. paulo ante, numero 195. uer sic. Qualis est etiam contrahens, ubi cum omnibus DD. allatis ex matrimonio ob aliquod impedimentum nullo, bigamiam contrahi fatetur. Et hæc opinio, ut est communior omnium DD. ita mihi videtur uerior, & in praxi sequenda.*

Quenda. Ex quo enim bigamia ortum habet ex statuto Ecclesiae, illud quod apparet matrimonium esse in foro Ecclesiae, licet sit nullum, etiam in iudicio Ecclesiae, bigamia causata, ut enim recte Palud. Gabr. & alij docent, Ecclesia quae bigamiam instituit, iudicat de factis apparentibus, sicut de existentibus; unde omne matrimonium quod existens verum causaret bigamiam, etiam publice in facie Ecclesiae contractum, causat, licet verè matrimonium ob aliquod impedimentum occultum sit nullum, Ecclesia enim interpretatur pro matrimonio, unde ad contrahendam bigamiam etiam in foro conscientiae, sufficit matrimonium in foro Ecclesiae.

Nec valet ratio in oppositum allata; Nam ut optime docet Richard. 4. distinctione 27. articulo 4. quaestione 3. ad primum, inuenitur in iure in simili, quod contrahens cum duabus de facto, & ambas cognoscens, sit irregularis. Si quidem, certum est, quod inuenitur expressum, quod contrahens cum vna de iure, & alia de facto, & ambas cognoscens, est irregularis, vt in cap. Nuper, & cap. vit. de bigam.

Capitulum 1. Qui clericus vel uenies, & alibi saepe, quod verum non esset nisi contractus de facto quoad incurrendam irregularitatem, ponderaretur, vt contractus de iure, sicut in 4. distinctione 27. quaestione 3. articulo 1. Conclusio 2. non solum ait esse duo interpretata matrimonium, sed etiam hunc casum arguendo declaratum, quamuis non clare docit, in cap. Presbiterum distinctione 28. ubi presbiter Orientalis declaratur irregularis, quod mortua prima vxore contraxit cum secunda, de facto quidem, sed non legalibus nuptijs. Quamuis igitur in matrimonijs nullis non detur significatio coniunctionis Christi, & Ecclesiae, & ita verè non sit bigamus, propter affectum tamè intentionis cum opere subsequuto, id est, secuta copula, secundum Ecclesiae interpretationem duo matrimonia censentur, & tanquam bigamus reputatur, argumen. cap. Nuper, & capitulo supra de bigam. non ordin.

Quartus est. Cum quis viduam duxit ab alio viro corruptam per matrimonium consummatum cum illo, cap. si quis viduam, distinctione 50. & cap. Seriatim, distinctione 32. capitulo si quis viduam, 1. & 2. distinctione 34. & sic secundus eam cognouit, focus autem si vidua illa non cognita fuerit a primo marito, sed viro relicta aut ipse eam non cognouit capitulo Debitum, de bigam. Summa Confess. libro 3. titulo 3. quaestione 10. vers. Quartus, Sebat. Medices parte 2. Summae titulo 9. quaestione 28. & DD. mores superius citari. Ratio huius est: quia licet talis non contraxit verè duo matrimonia quia tamen ex parte femine duo ferunt, Ecclesia talem, vt bigamum reputat. Quia sicut in vnitatem, & coniunctionem Christi, & Ecclesiae fit vnitatem ex vtraque parte, Christi enim vna est sponsa, sicut licet Ecclesiae, & Ecclesiae vnicus est sponsus, nempe Christus; ita in promouendo ad sacros ordines requiritur, vt vnicum sit matrimonium consummatum solum, tam ex parte viri, quam ex parte vxoris.

Quintus est. Qui repudiatam iuste, vt quia in adulterio deprehensa est; vel iniuste, scilicet ex odio, duxerit, & eam cognouit, bigamus est, quod intelligitur, dummodo sic repudiata fuerit cognita a primo viro, uel adultero, & cum hoc ab isto secundo qui eam duxit, cap. seriatim, dist. 32. cap. si quis viduam, dist. 50. & cap. Qui in aliquo dist. 51. & cap. 1. de bigam. non ordin. & cap. si quis viduam, 1. & 2. dist. 34. Palud. 4. dist. 27. quest. 4. art. 2. Gabr. 4. dist. 27. q. 3. art. 1. Notab. 2. Sotus, 4. d. 27. quest. 3. art. 1. Conclusio 3. Couar. in Clem. Si furiosus, §. 2. nu. 2. vers. secundo, de homicid.

Sextus est. Cum quis duxerit uxorem, quae tamen non est uirgo, sed corrupta ab alio, quam a se, & hoc etiam per simplicem fornicationem, quamuis nec uirga, nec repudiata fuerit, dummodo eam cognoscat, bigamus efficitur, & irregularis, cap. seriatim, dist. 32. & cap. curandum, & cap. precipimus, dist. 34. & cap. debitum, de bigam. & ca. de Cler. conig. lib. 6. Quod intelligitur siue icienter talem duxerit, siue inscius erat, credens bona fide fuisse uirginem, & de qua communis erat opinio, quod esset uirgo, & de qua communis opinio, DD. in d. e. curandum, & Cardin. in Clem. Cum ex eo, de sent. ex com. Henric. in c. 1. de bigam.

S. Thom. in addit. 3. part. q. 66. art. 3. ad 3. Palud. 4. dist. 27. q. 4. art. 1. Rich. 4. d. 27. art. 4. q. 1. ad 3. Ioann. Bachon. 4. d. 25. q. 3. art. 3. Summae Astensis, par. 2. lib. 6. tit. 7. quaestiuicula 2. & quaestiuicula 9. post Host. in Summa, utol. de bigam. §. circa hoc, vers. septimo S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. c. 3. Angelica, verbo, Bigamia, num. 4. Pisarella, verbo eod. in princip. Gabr. 4. d. 27. q. 3. art. 1. Notab. 2. Syluest. verbo, Bigamia, nu. 1. Martin Ledesin. 2. 4. q. 26. art. 2. tractat. de Irreg. non longe ab initio. Soti 4. d. 26. q. 3. art. 1. Conclusio 4. Couar. in Clem. Si furiosus, §. 2. nu. 2. vers. Tertio. Maiol. lib. 1. de Irreg. c. 33. nu. 4. vers. Ex qua, in fine Gregor. Tholosani in Syntag. iuris, p. 2. lib. 16. cap. 10. num. 8. Sebastiani Medices, par. 2. tit. 9. q. 28. & Alphonsa Castro, lib. 2. de potest. legis penalis, cap. 14. Conclusio 1. Corol. 1. & expresse glos. in c. Nemo ad sacrum, dist. 32. Cuius rei rationem S. Thom. ubi supra assignat, quia irregularitas non est pena inflicta pro culpa, sed propter defectum significationis Sacramenti, ideo etiam praeter uoluntatem contrahi potest. Et quod in his tribus modis dicitur de contrahente cum vidua, repudiata, & corrupta, procedit, etiam si matrimonium sit aliqua de causa nullum, est enim bigamus si ipse eam cognoscat, ex communi DD. sententia, vt docet Cou. cit. d. vers. Tertio.

12. Dubium autem non paruum est, cur diuisio, & corruptio viri cum alijs extra matrimonium, non efficiat eum bigamum, sicut efficitur bigamus si ducat uxorem ab alio cognitam prius, cum eadem ratio videretur in vno, ac altero casu, immo maior in corruptione viri cum magis nocere sibi deberet culpa propria quam aliena? Respondeo, quod quamuis quantum ad culpam, & penam debitam culpe plus noceat vniciueque corruptio propria, quam aliena, quantum tamè ad irregularitatis penam aliter se habet; Cuius rei rationem nonnulli eam esse dicunt, quod vir significat Ecclesiam, quae in parte recessit a Christo adulterando, & recedendo a fide, & sic in viro corrupto non deest huiusmodi significatio Sacramenti, At verò vxor significat Christum, qui semper fuit virgo & nunquam dimittit Ecclesiam. Sic quidam Decretista, vt ait S. Thom. in addit. 3. part. quaestione 66. articulo 3. & hoc expresse sentit Hugo antiquus glossator, vt docet Host. in Summa, libro primo, tit. de bigam. non ordin. §. Quare bigamus, numero 6. Sed haec responsio falsa omnino est: non enim uir Ecclesiam, & sponsa Christum, sed Christum sponsus, & Ecclesiam sponsa significat, vt patet Ephes. 5. ubi Apostolus ait, [viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam; ite uir caput est mulieris, sicut Christus Ecclesiae, & 2. Corinth. 11. Respondi uos vni viro virginem castam exhibere Christo.] Alij Respondent: quia Ecclesia nunquam fuit adultero iuncta, nec nisi vni sponso; sed sponsus Ecclesiae aliquando habuit Synagogam quasi concubinam, & ideo nihil deperit significationis Sacramenti propter sponsi corruptionem, vt fit in corruptione sponsae, & ita respondere videtur Hostiensis ubi supra, sed male, tum quia hac ratione copula fornicaria esset Sacramentum vnionis Synagoga cum Deo, quod est absurdum; tum quia Synagoga non fuit concubina, sed vera sponsa & vxor Christi, vna enim eademque fuit antiquorum fides, & nostra, & vnica Ecclesia vnde in Hierem. 3. Ezech. 16. & Ose. 2. mentio fit sponsationis Messie, & Synagoga. Ratio igitur, & communior, & verior est, quia irregularitas haec contrahitur ex defectu contractus in Sacramento Matrimonij actus autem contrahendi, seu contrahentis matrimonium, si licet consensus ille, non cadit super seipsum, sed super alterum coniugem, vnde vitium corruptionis extra matrimonium factum nullum ponit defectum in Sacramento ex parte eius in quo est corruptio, sed ex parte alterius, quia scilicet consensus contrahentis matrimonium non cadit super seipsum, sed super alterum; Quare cum Matrimonium sit motus quidam & actio, actio autem, & motus specifi-

13. catur non a termino a quo sed a termino ad quem, inde est, quod cum matrimonium viri terminetur ad feminam, (matrimonium enim ab ipsa femina tanquam a termino ad quem, & nomen & significationem accipit, non e conuerso, quae causa est, vt dicatur matrimonium, non patrimonium) contrahens cum corrupta irregularis efficitur.

- ciunt. Et pari ratione, si mulier capax esset irregularitatis, corruptio vici extra matrimonium eam faceret irregularitatem, ipse vero non esset irregularis, quia terminaretur eius corruptio ad feminam tanquam ad terminum ad quem eo modo quo tunc corruptio ex parte mulieris transfertur in virum, qui cum capax sit irregularitatis, exinde irregularitatem contrahit sic S. Thom. in addit. 3. part. q. 66. art. 3. Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 4. Concluf. 3. Rich. ead. dist. art. 4. q. 1. ad 3. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quaest. 4. Summa Astenfis, part. 2. lib. 6. tit. 7. q. 1. Sotus, 4. d. 27. q. 3. art. 1. post Concluf. 4. Syluest. verbo, Bigamia, nu. 2. q. 1. Tabiena, verbo eod. nu. 3. §. Quarto. Cou. in Clem. Si furiosus, part. 1. §. 2. nu. 3. de homic. Anton. in c. Debitum, num. 9. de bigam. non ordin. Henric. an. 1. de bigam. colum. 4. Simo Maiol. li. 1. de Irreg. c. 33. nu. 4. & Sebast. Medices, par. 2. Summe, tit. 9. quaest. 19.
- 14 *Dubium* aliud est, An qui duxit uxorem repudiatam ab alio, vel eam quae cum meretricibus commoratur, licet sit virgo, vel qui duxit ioculatricem, vel comediarum, aut fabularum actricem licet sit virgo, irregularis sit? *Respondet* cum Nau. in Manuali, cap. 27. nu. 197. vers. Quarto, quandoque feminae istae ducuntur virgines, maritus eas ducens non est bigamus, aut irregularis, quia non ducit uxorem corruptam; repellitur tamen ab ordinibus tanquam vilis persona, & infamis, ducens uxorem vilem, & infamem, cap. si quis viduam, 2. & ibi glossa dist. 34. Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 2. vers. Secundus modus, & S. Anton. 3. part. tit. 29. de Irreg. c. 33. Cosinus Philarchus de officio Sacerd. part. 1. lib. 4. c. 7. Sic etiam qui duxit concubinam, vel ancillam, licet ancilla virgo sit, vt ex d. c. si quis viduam, 2. & gl. ibi colligitur.
- 15 *Dubium* item est, Quare Bigamia in matrimonio non consummato irregularitatem, & bigamiam non facit, sicut in consummato? *Respondet* cum Rich. 4. dist. 27. artic. 4. q. 1. ad 3. & Summa Astenfis, part. 2. lib. 6. tit. 7. q. 1. in fine: quia grauior est defectus significationis in matrimonio consummato, quam non consummato; plus enim ponderandi sunt defectus in rebus iam consummatis, quam in his, quae nondum ad suam consummationem peruenerunt. matrimonium enim ratum tantum non significat unionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem, sicut matrimonium consummatum significat, ex cuius significationis defectu Bigamus contrahens, & actum consummans, ab ordinibus suscipiendis repellitur.
- 16 *Dubium* etiam est, An si quis ducat uxorem etiam corruptam, moritur tamen ante carnis copulam, & deinde ducit virginem, & eam cognoscit, sit Bigamus? *Respondet* non esse, quia non diuisit carnem suam in plures, nec cum corrupta consummavit: sicut nec bigamus censetur, qui ab alio ductam, sed minime cognitam desponsauit, & eam cognouit, capit. Debitum, de bigam. Hostien. Summa, lib. 1. tit. de bigam. non ordin. uerfic. Circa hoc, ante finem, §. octauo.
- 17 *Dubium* uitem maius est, An sit Bigamus, & irregularis, qui feminam, quam ipse prius per fornicationem uolauit, duxit in uxorem.
- Prima* opinio dicit esse irregularitatem, quia non solum ad uitandam bigamiam requiritur, quod sit unica, nec carnis suam in plures diuiserit, sed etiam quod sit uirgo tempore quo contrahitur matrimonium; unde siue a se, siue ab alio prius corrupta fuerit, deest ratio Sacramentalis significationis; sponsa enim significat Ecclesiam, quae est uirgo non habens maculam neque rugam. Ephef. 5. & c. Debitum, de bigam. Hanc opinionem tenent Hostien. in Summa, lib. 1. tit. de bigam. §. circa hoc, uerf. Sexto, Summa Astenfis in hac potius inclinatur, part. 2. libro 6. tit. 7. quaest. 2. gloss. in cap. Nempe ad sacrum, in uerbo, Virgo, dist. 32. & eadem gloss. in cap. Meritum, in uerbo, Concubinam, dist. 33. quam gloss. im secuti sunt Host. ubi supra, & idem Host. Ioann. Anchut. Anton. & Imola, in capitulo Sanè, de Cleric. coniug.
- Secunda* quae communior, & uerior est, irregularitatem esse negat, sic gloss. in cap. Debitum, in uerbo, dimisit, de bigam. & in cap. Sanè, in uerbo, Virginem, & ibi Panorm. num. 4. de Cleric. coniug. & gloss. in c. Qualis, in uerbo De-
- sponsata*, 30. q. 5. & in cap. unico, in uerbo, Contraxerunt, de Cleric. coniug. lib. 7. Anton. & Ancharan. sibi inter se in c. Tata, Qui filij sunt legit. Tancro. & Goffredus in Summa tit. de bigam. §. Item quid si quis, & Raym. vt refert. Host. cit. Barth. Brich. in q. Dominicali, quae incip. Quae cognouit virginem, Ioan. Andr. sibi contrarius in c. c. uerfic. co. de Cler. coniug. lib. 6. Cardin. Zabarin. in Decret. quaest. 19. S. Thom. in addit. 3. part. quaest. 66. art. 3. ad 2. lo. Pachon. 4. d. 25. quaest. 3. art. 3. S. Anton. 3. part. tit. 29. de Irreg. cap. 3. Angelica, uerbo Bigamia; numer. 5. Summa Pisanella, uerbo eod. §. Qui virginem, Syluest. uerbo, Bigamia, numer. 1. uerfic. Septimo, Villa diego tract. de Irreg. q. de bigamia, Albert. Totius lib. 2. de Cleric. perf. do. cap. 11. num. 3. Ioan. de Friburgo, in Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quaest. 3. Sotus 4. d. 27. q. 3. art. 1. Concluf. 4. in fin. Nauar. in Manu. cap. 27. nu. 195. uerf. Secundo dico. Cear. in Clem. si furiosus, part. 1. §. 2. nu. 3. de homicid. Summa Corona tit. de Irreg. num. 6. Alphonsus Vuald. tit. eod. num. 5. Marc. Anton. Cucchus lib. 1. Institut. Iuris Canon. tit. 5. & Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. capit. 6. §. 10. Simo Maiol. lib. 1. de Irreg. c. 33. nu. 5. Rationem dant nonnulli, quia uicium praecedens per subsequens matrimonium purgatur, sic gloss. in d. cap. qualis 30. quaestio, 5. & in d. cap. uerfic. de cler. coniug. lib. 6. Panormitan. in d. capit. sanè, 1. & Cear. uerfic. sed vt notat Summa Pisanella, haec ratio non est uerificata, si enim de foratio facta fuisset ab uxore, per sequens matrimonium cum deflorata non fit ab qua legitimatio, d. c. Tanta, Qui filij sunt legit. uerfic. ergo & efficacia est ratio gl. in d. c. Debitum & in d. cap. sanè, 1. & S. Thom. & aliorum, quia non diuisit carnem suam in duas, nec illa in duos, cum ab uno tantum cognita sit, unde benigne interpretando, dicitur virginem duxisse uxorem, quia se ipso corruptam in uxore duxit, illa enim nulli nisi viro proprio corporis sui potestatem tradidit. Et contraria quae requiritur, quod debeat esse uirgo tempore contraclus, aut uerificanti modo quo diximus, aut vt docent DD. cum gloss. intelliguntur quoad effectum, vt non dicatur corrupta, aut cognita ab alio.
- 18 *Septimum* est, si quis uicam, & virginem duxerit, & post adulterium ab ea commissum, eam carnaliter cognoscit, bigamus & irregularis efficitur. capitul. si cuius uxorem, & capitul. laici, dist. 34. & in hoc conueniunt omnes, quia do cum cognouit scienter postquam adulterium commisit.
- 19 *Dubium* tamen est, An sit bigamus, & irregularis si ignorans uxoris adulterium eam post adulterium cognoscit?
- Prima* opinio est Innoc. in cap. Inquisitioni, de sentent. excom. Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 3. art. 3. Palatij 4. d. 27. disput. 4. dicentium in hoc casu irregularitatem non esse, quia do ignorans inuicibiliter adulterium uxoris, eam postea cognoscit, nimis enim durum est, vt quis sine culpa suspiciatur huius etiam sententiae uideatur esse Gregorius Tholosus in Syntagm. iuris, par. secunda, lib. 16. capitul. 10. numero 8.
- Secunda* opinio est glo. in cap. si cuius uxorem, in uerbo, admittis, dist. 34. Panorm. in cap. super eod. nu. 8. de bigam. ubi etiam refert Vgol. Laur. Rayman. Sum. tit. de bigam. §. Item pone. Abb. & Petr. & Ioan. Andr. & idem Panorm. in cap. 3. nu. 1. & DD. de adul. Hostien. in Summa tit. de bigam. §. Quot sunt species, num. 3. in fine; & §. circa hoc multa, uerf. Secundo queritur, & uerf. Tertio queritur. Io. de Friburgo in Summa Confess. lib. 3. tit. 3. q. 8. & quaest. 10. uerf. Sexto Summa Astenfis, part. 1. lib. 6. tit. 7. quaest. 2. quaest. 10. Angelica, uerbo, Bigamia, nu. 2. Syluest. uerbo eod. nume. 1. uerf. Sexto Tabiena, uerbo eod. §. Tertio. Nau. in Manu. ca. 27. num. 195. uerf. Secundo dico. Cou. in Clem. si furiosus, §. 2. numer. 3. de homicid. S. Anton. part. tit. 29. cap. 3. Simo Maiol. lib. 1. de Irreg. c. 33. nu. 6. & omnium Canonistarum. Et ex Scholasticis S. Thom. ad d. 3. part. quaest. 66. artic. 3. ad 4. Paludan. 4. dist. 27. q. 4. artic. 2. uerfic. Tertius modus. Rich. 4. d. 27. artic. 4. que. 1. Gabr. 4. d. 27. q. 3. artic. 1. Notab. 2. uerf. Secundo contrahitur. Soti. 4. dist. 27. q. 3. artic. 1. Concluf. Matrimo-

Leclerm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de Irregul. non procul ab ini-
tio, & Henriquez lib. 2. de Sacram. matrim. cap. 6. §. 10. Al-
phonf. Vivaldi tract. de Irreg. num. 6. Marci Antonij Cuc-
chi lib. 1. institut. Iuris Canonici titulo 5. Alphonfi a Ca-
stro lib. 2. de potest. legis. p. 1. cap. 14. Concluf. 1. Coroll.
2. & Sebastiani Medicis, part. 2. Summæ, titu. 9. quaest. 28.
Tolenti lib. 1. ca. 26. qui omnes docent irregularem esse. In
quor. licet prima opinio, quantum est ex iure Canonico,
non sit improbabilis, quia in cap. si cuius, dist. 34. dicitur,
esse irregularem eum, qui cognoscit uxorem, que eviden-
ter erat adultera. Item in ca. si laici, d. 33. dicitur maritum
esse irregularem si cognoscat uxorem, que est in adulterio
deprehensa; vnde constat ista cap. loqui solum de marito
cognoscente adulteram uxorem scienter, non ignoranter,
ideoque non satis efficaciter probatur secunda opinio ex
istis cap. Nihilominus tamen secunda horum Doctorum
opinio sequenda est; vnde sensus istorum capitulorum vi-
detur hic esse, quod iudicio Ecclesiæ ab ordinibus mari-
tus repelli non possit, nisi quando eius vxor probetur adul-
tera. Attamen, hoc non obstant, maritus in conscientia ab
ordinib. abluere debet, etiam si vxoris adulterium alijs
non sit notum, & etiam si ipse ignoranter cognoverit eam
post adulterium eius, dummodo ipse sciat postea vxore
fuisse adulteram, & post adulterium a se cognitam fuisse
adulteram, & post adulterium a se cognitam fuisse
adulteram, quod si talis qui ignoranter cognouit vx-
orem post adulterium, postea ordinetur, characterem reci-
piat, & executionem ordinum, quam diu iusta & probabi-
li ignorantia existatur, argum. cap. 1. in fine, & cap. 2. de
ordin. ab Episc. qui renunciau. postquam autem veritatem
reperit, ab executione tanquam irregul. & bigamus abstin-
ere debet, vt notat Host. vbi supra, quem sequitur Sum-
ma Astensis, part. 2. lib. 6. tit. 7. q. 4. & facit cap. veniens, de
presb. non baptiz. & consentit Ioann. Bachon. 4. d. 25. q. 3.
art. 4. circa medium, & expresse Marcus Anton. Cucchius,
lib. 1. Institut. Iuris Canon. tit. 5. Ratio huius est, quia ir-
regularitas hæc non tam ex culpa, quam ex facto contrahi-
tur, & constat hic defectum esse Sacramentalis signifi-
cationis cum vxor carnem suam inter plures adulterando
diuiserit. Sicut etiam erit bigamus, qui contrahit cum cor-
rupta, quamvis ipse virginem esse credidit, dummodo cã
postea cognoscat, vt dictum est supra. Addit autem Ho-
stiensis vbi supra, in d. §. Quot sunt species, in fine indu-
ctum esse hoc ius ad retinendum contrahentes, & Panor.
in cap. super eo, num. 8. de bigam. cum Hostiens. citat ait
penulosum esse promouere conjugatium etiam mortua
vxore, cum secundum Quidium, *Casta sit, quam nemo ro-
gauerit*. Et Pal. vbi supra, & Tabiena, verbo, Bigamia, §. Ter-
tio, ex hac doctrina colligunt, multos esse bigamos, qui hoc
ignorant, & aliquando sine peccato.

20 *Debitum aliud est, An maritus accusans vxorem de ad-
ulterio, & pendente accusatione, & matrimonio ita litu-
gioso, ad mandatum Iudicis soluit debitum vxori corru-
ptæ, sit bigamus, & irregularis?* Glof. in c. si cuius vxorem,
in verbo, admitti, dist. 34. dubius est, & vtramque partem,
tam negatiuam, quam affirmatiuam æque probabilem
putat; & quidam apud Summam Confess. lib. 3. titu. 3. q.
9. & Palatius 4. dist. 27. disput. 4. dicunt, non esse irregula-
rem, quia in hoc casu potius cognoscitur ab vxore, & pati-
tur, dum cogatur reddere debitum ex mandato Eccle-
siæ, quam agi, & cognoscit eam. Alij tamen omnes do-
cent esse irregularem. Sic Glof. in d. c. si cuius vxorem, post
multa dicta in hoc dubio, in fine videtur in hanc partem
inclinare, & expresse S. Thom. in addit. 3. part. q. 66. art. 3.
ad 4. Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 2. vers. Tertius modus. Ioann.
Bachon. 4. d. 25. q. 3. art. 3. Gabr. 4. d. 27. q. 3. art. 1. Notab.
2. §. Secundo contrahitur, Sotus 4. d. 27. q. 3. art. 1. Concl. 5.
& Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. capitul. 6. §. 10. Ex
Summis & Canonistis. Host. in Sum. lib. 1. tit. de bigam.
§. Circa hoc multe vers. Nono queritur, Summa Confess.
vbi supra, in hanc potius sententiam inclinat, & Innoc. in
capit. Inquisitioni, num. 1. de sent. excomm. Summa As-
tensis, part. 2. lib. 6. tit. 7. quaest. iunctula 10. Angeica, verbo,
Bigamia, num. 1. Summa Pisanella, verbo, eod. §. Quod si
maritus. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. cap. 9. Syluest. ver-
bo, Bigamia, numero 1. Tabiena, verbo, eod. §. Tertio. Si

mon Maiol. lib. 1. de Irreg. c. 3. num. 6. Alphonf. Vivaldi
tract. de Irregul. num. 6. Anton. Cucchi. lib. 1. Institut. Iuris
Canon. tit. 5. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 1. §. 2. num. 3.
de homicid. Albert. Trot. libro 2. de Cleric. perfecto, c. 11.
Capella Tholof. q. 258. Quia hic non requiritur quod sit
peccatum, sed significatiois defectus. In hac re ego hæc
dicenda putarem;

Primo quamuis Host. Summa Astensis, & Palud. velint
non peccare in hoc casu non reddendo debitum vxori ad-
ultera, quam scit talem, licet non possit probare, quia vx-
orem repellit per exceptionem orã ex adulterio; & quia
Iudex non compelleret ad redditionem debiti si hoc sciret;
Alij tamen, vt Goffied. Raym. Pisanella, Summa Confess.
Gabr. & alij rectius docere videntur, teneri reddere debi-
tum, quia non debet eam possessione corporis sui vsque
ad sententiam spoliare, cap. fina, 1. c. 1. cum hoc ei ab Ec-
clesia præceptum sit, quamuis ei per hoc pareatur præiudi-
cium bigamiæ, ita vt non possit ad ordines promoueri.
Quamuis dictum Host. & aliorum sustineri possit, quãdo
maritus offert se statim probaturum, commissum adulte-
rium, vt infra octo dies, vel circa, arg. c. Solet, de sent. exc.
libro 6.

Secundo, si reconciliat sibi adulteram non quoad tho-
rum, sed solum quoad domum, & cohabitationem, non
fit bigamus; Quia sine carnali copula nunquam contra-
hitur bigamia, ex Palud. & Gabr. cit.

Tertio, Quãuis hæc irregularitas ex solo facto sine deli-
cto incurratur, probabile tamen est maritum sic ad præ-
ceptum Iudicis vxori debitum reddentem excusari ab ir-
regularitate, probabilis autem est reddi irregularem, cum
irregularitas etiam contra voluntatem contrahi possit, &
ideo sequenda est communis opinio in praxi.

Quarto, Maritus cognoscens uxorem postquam corru-
pta est, irregulatis est, non solum si volens ipsa sit adulte-
rata, sed etiam si violenter, vel dolo, vel fraude decepta,
corruptatur, quia putauit adulterum ad se uenientem esse
virum suum, ut expresse tradunt Simon Maiol. lib. 1. de
Irreg. c. 33. nu. 7. & Alphonfus Vivaldi tract. de Irreg. bi-
gamiæ, num. 7. Quamuis enim vlt. passa adultera non sit,
cap. Illæ autem, 32. q. 5. quia tamen in irregularitate factū
inspicitur, non voluntas, satis est si accedat maritus ad
vxorem quomodocunque corruptam; sicut virgo vim pas-
sa non est consecranda, vt ibi docet Maiol. & latius eod.
lib. 1. cap. 29. §. vim pati, num. 35. & citat S. Thom. 4. d. 38.
q. 1. art. 4.

21 *Quæres*, Cum consecratio Episcopi maior, & dignior sit
quam consecratio uelationis virginum, quare potest con-
secrari in Episcopum non solum qui vxorem habuit, sed
etiam qui post vxorem habuit concubinam, cap. Habu-
isse, dist. 33. & c. Fraternalis, dist. 34. sed si quæ corrupta
fuerit ante baptismum, vel post sponte, vel vi, cum pecca-
to, vel sine, non potest inter sacras uirgines consecrari, ca.
Acutius, dist. 26. & acutius, 28. q. 3. & cap. Illæ autem, 32.
q. 5. S. Thom. in addit. 3. part. q. 66. art. 4. Palud. 4. d. 27. q. 4.
art. 4. Concluf. 5. Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 3. art. 4. in fine. Ga-
br. 4. d. 28. q. 3. art. 3. dub. 3. in fine. Host. in Summa, lib. 1.
titu. de bigam. §. circa, hoc verfic. Quinto queritur, Sotus
4. d. 27. q. 3. art. 2. Syluest. verbo, consecratio, 3. num. 2. q. 1.
Simon Maiol. lib. 1. c. 29. num. 35. & cap. 33. nu. 7. & glof. in
cap. Acutius, in verbo, consecrari, dist. 26. *Respondeo*, cum
glof. in d. ca. acutius, Host. & Bachone, & Vg. Ioa & Gof-
fred. Quia Sacra uirgo significat Ecclesiam trium; han-
tem non habentem maculam, neque rugam, & ideo uir-
gines uitam angelicam imitantur, in quibus nulla est cor-
ruptio, ex S. Ang. l. de uirgin. Episcopus uero significat
Ecclesiam militantem, in qua sunt boni cum malis, & cor-
rupti cum incorruptis. Est & alia ratio ex Host. & Bacho.
Quia in consecratione uirginis consecratur uirgo Christo
sponsa; vnde cantatur; *Veni sponsa Christi*; At uero Chris-
tus, qui matrem uirginem elegit, & carnem incorruptam
assumpsit, & semper uirgo permanit, & uirgines diligit,
& eligit, cõiugium uoluntate respuit, & sit hoc ad uirginum
ordinem specialiter commendandū. Episcopus uero spe-
cialiter consecratur Ecclesiæ quæ indifferentem omnes ad-
mititur, & nemini gremium claudit, nisi ibi defectus Sacra-
menti

meum interuenit. Huc accedit & alia ratio ex eodem H. It. Quia consuetudo approbata maiorem castitatem requirit in vxore carnali quam in marito; id est, sæpius accidit, quod maritus prouocat ad diuortium ob causam adulterij ab vxore commissi, & magis inde scandalizatur populus, quam e contra. Melior ratio est S. Thom. Palud. Gabr. & Maiol. Quia uelum, integritatem significat uirginalem; Si autem corrupta uelaretur, falsa esset significatio; sed in corrupto si ordinatur, potest esse uera significatio; si fuit uirginis uxor, secundum ea, quæ superius dicta sunt. Sed plura de hac re alibi.

- 22 *Octauus est*, Cum quis post uotum solemnem castitatis, quale est in susceptione ordinum Sactorum, uel in professione religionis approbata, contrahit matrimonium de facto cum uirga femina, & eam cognoscit, Hunc modum ponunt glos. in capit. super eo, in uerbo, in Bigamis, de Bigam. Rich. 4. dist. 27. art. 4. quest. 1. Palud. ead. dist. q. 4. art. 2. §. Quartus modus. Gabr. 4. d. 26. q. 3. art. 1. Notab. §. 1. Bigamia similitudinaria. Sotus 4. d. 27. q. 3. art. 1. Conclus. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 1. tract. de irreg. in princip. Glos. & Panor. in cap. 1. & 2. Quæ Clerici uel uouent. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quest. 10. versic. *Septimus*. Summa Atonensis, part. 2. lib. 6. tit. 7. q. 1. Summa Pisanella, in uerbo, Bigamia, in principio. Angelica, uerbo eod. num. 7. Syluest. uerbo eod. nu. 1. S. Anton. 3. part. tit. 25. de Irreg. c. 3. Nau. in Man. cap. 27. num. 195. versic. Secundo dico Maiol. lib. 1. de irreg. c. 3. num. 7. Alphons. Viuald. tract. de irregul. nu. 12. & 13. Cosmus Phillarchus de officio Sacerd. part. 1. lib. 4. cap. 7. Summa Corona tract. de Irregul. num. 6. Iacob. de Grass. lib. 4. cap. 27. num. 38. Greg. de Valentia, Tomo 4. Disp. 7. quest. 19. puncto 3. & Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali part. 2. in uerbo Bigami. Quæquid. Tabiena in uerbo, Bigamia, num. 2. §. Secundo; & Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. cap. 6. §. 10. & lib. 1. 4. de irreg. c. 4. §. 1. in annot. litera A id negant contra communitatem DD. sententiam. Hic autem modus octauus dici solet Bigamia similitudinaria, nos autem, & hunc & reliquos modos uocamus Bigamias secundum iuris fictionem, ius enim interpretatur hunc duo matrimonia contraxisse, nimirum, prius spirituale cum Christo, & posterius carnale cum femina, etiam si de iure ualidum non sit. Et quidem licet Henriquez uelit hunc modum non constituere irregularem, nec dici bigamum aliquem ex hoc modo, quia nullo iure habetur, Tabiena tamen ubi supra, tandem fatetur istum fieri irregularem etiam Ecclesie interpretatione, & colligi potest ex c. *Nuper*, & c. *A nobis*, de bigam. non ordin. & c. 1. & 2. Qui Clerici uel uouentes, ubi id habetur de initiis ordinibus factis, & de religiosis, & uirginitatem professis habetur in cap. Quotquot, 27. q. 1. Quotquot uirginitatem pollicentur præuocati sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debeant. Ad id autem Maiol. quod Monachus uxorem ducens, non solum, ut bigamus, sed etiam ut hereticus est irregulans, post Bald. in l. Nemo clericus, C. de sacros. Eccles. Et quod diximus, procedit, etiam si contrahat cum uirga que sit uirgo: et si enim Archid. & Summa Pisanella uelint id solum uerum esse, quando contraheret cum corrupta: alij tamen expresse docent, irregularem & bigamum esse, etiam si uirginem duxerit, eamque cognouerit, ut Richard. Palud. Gabr. Summa Atonensis, Syluest. & Mart. Ledesm. Nauar. & Maiol. Alphons. Viuald. Summa Corona. Cosm. Phillarch. Gregor. de Valentia, & Panor. in cap. 2. nu. 5. Quæ Clerici uel uouentes, quorum opinio & communior, & uerior est. Non enim reperitur id quod Archid. & Pisan. dicunt, scilicet, ut matrimonium sit contractum cum uirga, uel corrupta. Nam de capitul. Quotquot, 27. quest. prima, generaliter loquitur de ijs, qui post solemnem uotum castitatis contrahunt, nec distinguit, an contraxerit cum uirgine, uel corrupta. In hac autem bigamia, sicut in alijs supradictis, requiritur consummatio Matrimonij, ut præfati DD. & Paludus 4. distinction. 27. disputat. 4. tradunt.
- 24 *Dubium* tamen est, An si quis liber ab omni uoto contrahat matrimonium cum femina habente solemnem uotum castitatis, sit irregulans, si eam cognoscit? Simon Maiol.

ex præfatis DD. post Felician. de Irreg. cap. 6. hoc dubium regit lib. 1. de Irreg. capi. 33. nu. 8. ubi ait esse irregularem, quia perinde est, ac si ipse haberet uotum solemnem castitatis, idemque docet hos secutus Alphonsus Viuald. tract. de Irreg. nu. 4.

Verum cum id non sit iure expressum, non uidetur esse irregulans, aut bigamus. Quia d. capi. Quotquot, 27. quest. 1. tantum loquitur de contrahentibus matrimonio post solemnem uotum castitatis, non autem de ijs, qui contrahunt cum feminis habentibus uotum solemnem castitatis; Hæc enim interpretatio benignior est, præter autem restringendæ sunt potius quam ampliandæ e. odia de reg. iur. libro 6. & hanc sententiam inter recentiores sequitur etiam Henriquez lib. 2. de Sacramen. Matrim. c. 6. §. 10. in fine.

De Pœnis Bigamorum. Cap. V.

S Y M M A R I U M.

- 1 Bigamia licet nonnunquam sine peccato contrahitur, bigamis tamen uariæ pœnæ a iure Canonico imponuntur.
- 2 Bigamus omni priuilegio clericali au, & quando priuatus sit.
- 3 Bigamum in sacris constitutum, aut professum percutiens, excommunicationem incurrit.
- 4 Bigami in minoribus constituti, tonsuram, & habitum clericalem deferre prohibentur.
- 5 Bigamus Religionem ingressus, tonsuram monachalem deferre potest.
- 6 Bigami Epistolam in Ecclesia legere non possunt.
- 7 Bigamus, si ordinatus sit, exaracterem solum, non ordinis executionem accipit.
- 8 Bigamus, Episcopi Vicarius in spiritualibus esse non potest.
- 9 Bigamus alicuius beneficii Ecclesiastici capax non est.
- 10 Clericus in minoribus etiam, qui cum uirga & uirgine contrahit, beneficia Ecclesiastica, & dignitates perdit.
- 11 Clericus in minoribus Matrimonium ratum solum contrahens, beneficia omnia amittit.
- 12 Clericus in minoribus Matrimonium in occulto contrahens stipendijs Ecclesiasticis priuatur.
- 13 Clericus in minoribus Matrimonium contrahens, etiam si ob aliquem defectum sit nullum, beneficia perdit.
- 14 Clericus in minoribus uxorem ducens, priuatur beneficijs suis, etiam si uxor Religionem ingrediatur.
- 15 Clericus in minoribus, sponsalia de futuro contrahens, beneficia ipso facto non perdit.
- 16 Clericus in sacris Matrimonium contrahens, beneficia ipso facto non perdit, sed per sententiam priuari potest.

Quamuis Bigamus non peccet aliquando, & Bigamia consequenter nonnunquam sine peccato contrahatur, uariæ tamen pœnæ iure Canonico bigamis impositæ sunt. Quarum

- 1 *Prima* est, & generalis, Quod nudatur omni priuilegio Clericali, ut definit Gregorius X. in c. unico, de bigam. lib. 6. & ibi glo. in uerbo, Bigamus, & in omni uerbo, omnes priuilegio. & eadem glo. in capitu. unico, in uerbo *Unicus*, & in uerbo, *Uirginibus*, de Cler. coniu. libro sexto, ita, ut nec Canonis 17. question. 4. capit. si quis suadente, nec fori priuilegio capitul. 2. de foro compet. libro 6. gaudeat. Item perdit priuilegium immunitatis, unde uexari potest uexationibus.